



**R.P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, É Societate Iesv, Jn
Collegio Romano Eivsdem Societatis Olim Theologiae
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Dispvtaiones
Scholasticae, & Morales, De virtute, & ...**

Lugo, Juan de

Lvgdvni, 1666

§. Dubium incidens de subdito, qui aboluitur à reseruatis, & debet
comparere iterum coram superiore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82358](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82358)

confitendi peccata ab ultima confessione cuilibet confessorio facta.

S. 3. *dubium incidens de subdito, qui absoluitur à reſeruatīs, & debet comparere iterum coram ſuperiore?*

Tertio obicit poteſt uſus aliquorū Ordinum, in quibus iter agentes ſi contingeret ipſos habere aliquod peccatum reſeruatū, poſſent quidē (ſaltem quando ex induſtria non procuratur, aut ſperatur illa opportunitas) abſolui ex facultate iam communiter conceſſa, cum onere tamen comparendi poſtea, & maniſtandi eadem peccata ſuperiori.

P. Suarez in præſenti diſp. 30. ſect. 4. num. 8. & ſeq. latè examinat ſudamētū illius praxis, & multa hinc inde adducit, ac tandem n. 23. dicit, hanc obligationem comparandi iterum coram ſuperiore prouenire in hoc caſu ex peculiari modo, quo ſuperior delegauit iuriſdictionem ſuam ad abſolendum. Cum enim in hoc iudicio tria ſint, ſcilicet, remiſſio peccati quoad culpā, & æternam pœnam, caſtigatio eiſdē peccati per ſatiſfactionem, & curatio etiam peccati in futurum, poteſt Prælatus delegare plenam iuriſdictionem quoad primum, (in ordine ad quod non poteſt recipere iuriſdictio magis & minus, quia vel non remittitur culpa, vel totaliter remittitur) quoad alia verò duo poteſt delegare iuriſdictionem non plenam, ſed limitatam: quia poteſt delegare poteſtatē circa impoſitionem pœnitentiæ, reſeruando ſibi vltimum iudicium in taxada pœna, vt licet inferior debeat aliquam pœnitentiam imponere ad Sacramenti integritatem, id tamen fiat cum ſubordinatione ad ſuperiorem, qui vult illam recognoscere, & augere, vel mutare, vel confirmare, prout expedire iudicauerit. Nam ſi cur poſſit ſuperior dare facultatem abſolendi à peccato reſeruatō, taxando pœnitentiam quam inferior debet imponere, cur non poterit dare eandem facultatem reſeruando ſibi iudicium conſequens circa pœnitentiam ab inferiore impoſitam?

Quid enim reſert quod hæc limitatio fiat antecedenter, vel conſequenter, cum æquè arguatur poteſtas limitata in inferiori, qui non poteſt pro ſuo arbitrio definire, ſed pro alterius arbitrio, cui ſub eſt, & cui ſubordinatur in illo iudicio? Si autē dari poteſt iuriſdictio cum hac limitatione, ſatendum eſt, de facto ita dari; cum Prælatus velit de facto ſubditum obligare, quocumq; modo poſſit ad comparandum, & hoc ſanè modo omnia rectè cohereant in ordine ad praxim: nam hac ratione explicatur bene, quomodo maneat obligatus ſubditus ad comparandum etiamſi cuiſmodi obligationem ignorauerit, quando abſolutionem accepit: quia nimirum hæc obligatio naſcitur ex Sacramento ipſo quod completi debet per vltimum iudicium ſuperioris in ordine ad caſtigatōem, & ſatiſfactionem pro peccato. Vnde etiam conſtat materiam huius obligationis eſſe grauē. Deniq; quoad terciū minus curandi peccatum in futurū eodem modo dari poteſt poteſtas limitata, & cum dependentia à Prælato, ad quem pertineat vltimum iudicium de modo curationis adhibendo. Debemus ergo hoc modo explicare, & deſedere cuiſmodi ſtatuta.

Ego, vt verum fatear, difficilem ſæpè exiſtimaui hunc opinandi modū, nec poſſum ſatis percipere, quomodo poſſit ſuperior limitare poteſtatē inferioris, reſeruando ſibi in futurum poteſtatem imponendi, vel taxandi aut confirmandi ſatiſfactionem, & pœnam impoſitam, vel imponendā. Peto enim, an ille actus taxandi, vel augendi, aut confirmandi pœnitentiam ſit actus iudicis, & actio Sacramentalis, vel non? ſi non ſit, non obligat ſubditum, quia in foro pœnitentiæ non poteſt obligari pœnitens, niſi ad pœnitentiā, quam Sacerdos nomine Chriſti

Y 4 illi

98.

Alij dicunt, obligationem illam non oriri præciſè ex conſtitutione, ſed ex voto, vel conſenſu ſubditorum, qui vel explicitè, vel implicitè conſeſerunt in imponenda ſibi tali obligatione. Ego facilius cōcedam poſuiſſe prouenire ex conſtitutione abſq; conſenſu ſubditorum: quia licet pro tota Eccleſia non poſſet fieri talis lex obligans ad ſecundā confessionem eorundem peccatorum; non tamen video, cur non poſſit fieri in religione aliqua obſeruante in qua poſſunt ea præcipi, quæ ſpectant ad perfectionem: quam ſinis illius religionis intendit: & quidem in noſtra ſocietate vna ex poſſiſſimis regulis eſt, quod ſubditus maniſteſt totam ſuam ſcientiam bis, aut ſemel in anno ſuperiori, ita ut nihil graue ipſū lateat: (quod medium habetur, tanquam vnum ex magis ſubſtātibilibus, & neceſſariis ad finem noſtræ Regionis;) nec id ſolius noſtri ordinis eſt, ſed commune ferè ordinibus religioſis antiquis, vt probat Suarez tom. 4. de relig. tract. 1. c. lib. 10. c. 6. vbi id etiam reſert, contineri in regula S. Benedicti, quam Ciſtercienses obſeruabant. Cum ego hæc notitia, quam prælatus habere debet de conſcientia ſubditorum, maximè neceſſaria ſit ad finem religionis; non video, cur non poſſit fieri lex de illa notitia communicanda in confessione de peccatis grauib; hoc enim non augeat, ſed minuat potius, onus, cum ſuauior modus ſit, & facilius ſubditis maniſtandi ſuam conſcientiam intra confessionem, & ſub illius Sacramenti ſigillo, quam extra confessionem. Non ergo mirum, ſi Patres Ciſtercienses legem tulerint de confessione ſemel in anno cum Prælato faciendā, fateor, poſſe ex alio capite habere aliquid periculi illam legem vniuerſalem obligantem ſub peccato graui; Vnde in noſtra ſocietate non eſt præceptum graue, ſed ſola regula maniſtationis prædictæ; ſicut etiam eſt regula conſiteſdi iterum poſſiſſima peccata proprio Confellario ordinario, quando propter aliquem caſum alij quam Confellario ordinario aliquis conſiteſtur, vt nihil ignorando, quod ad conſcientiam pertineat, poſſit Confellarius melius pœnitentem iuare: Et in ipſo Ciſterciensi ordine illud ſtatutum iam ita Prælati moderantur vt ter ſolū in anno ſibi reſeruent confessiones ſubditorum, nec tunc eos obligant ad repetendas confessiones præcedentes, ſed ſolū ad peccata conſitenda, quæ occurrunt ab vltima confessione, vt reſtat Hieronymus Llamas Ciſterciensis 1. parte Methodi cap. 6. §. 10.

Secundo obicitur decretum Martini Quinti in extrauaganti, quæ incipit, *Ad vberiores fructus*, quæ reſert Vasquez, dicto dub. 7. num. 17. in qua Pontifex ſtatuit, quod illi, qui fratribus cōſitentur, teneantur tamen ſemel in anno ſuis Parochis conſiteri. Quod videtur cōfirmare Sixtus Quartus in extrauaganti *Vices*, quæ habetur inter communes, ſub titulo de *vregna & pace* vbi præcipit, quod Mendicantes deſiſtant prædicare, quod ſubditi non teneantur ſaltem in Paſchate proprio Sacerdoti conſiteri, quia de iure (inquit) tenetur Parochianus ſaltem in Paſchate proprio conſiteri Sacerdoti: Ergo obligantur ad conſitenda iterū eadem peccata Parocho, à quibus ſemel iam fuerant abſoluti. Ad hoc tamen facile.

Reſpondetur, tunc non fuiſſe obligationē conſitendi iterum eadem peccata Parocho, ſed conſitendi ſemel Parocho ſaltem in Paſchate: ſicut nunc eſt obligatio accipiendi ſemel communem unionem à Parocho, illa autē confellio debebat eſſe de peccatis, quæ cōcurrerent poſt vltimam confessionem.

100.

101.

102.

illi potest imponere, quæ sit satisfactio, & pars integralis Sacramenti pœnitentiæ; nec Confessarius potest aliter obligare pœnitentiam ad aliquid faciendum, nisi imponendo illud pro satisfactione. Næm quando obligat ad relinquendum occasionem peccati non tam obligat Sacerdos, quam declarat obligationem, quâ ipse pœnitens habet relinquendi eiusmodi occasionem: obligationem itaq; nonam superaddere non potest nisi imponendo rem illam pro satisfactione Sacramentali: Loquimur autem in ordine ad absolutionem à peccatis: Nam si sermone de absolutione ab excommunicatione, cum hæc censura sit ab Ecclesia, potest eadem Ecclesia, vel prælatus tollere eam sub certo grauamine: quo pacto non est difficultas, quod dari possit aliquando absolutio inferiori cum onere comparendi postea coram superiore, à quo imponatur satisfactio debita pro delicto, prout habetur in *e. eos qui*, de sententia excommunicationis *lib. 6.* nunc ergo loquimur solum de absolutione Sacramentali à peccatis: quæ cum tota sit ex Christi institutione, non potest habere alias leges, aut grauamina, nisi iuxta eandem institutionem: iuxta quam Sacerdos potest quidem punire, & præcipere aliquid pœnitenti pro vindicta, & satisfactione. Nemo autem alius qui Sacramentum non ministrat, potest punire, vel obligare pœnitentem ex vi absolutionis à culpa.

833. Dices, ipsum Sacerdotem inferiorem absoluentem obligare pœnitentem, ut recurrat postea ad superiorem pro ultimo iudicio in satisfactione accipiendo, atq; adeo totam hanc obligationem procedere à Confessario ipso, qui illud onus imponit subdito, prout superior præscripserat faciendum ipsi Confessario inferiori.

Sed contra, quia, si hoc esset in primis sequitur casu, quo ex obliuione Confessarius nihil dixisset pœnitenti, neq; illi hanc pœnitentiā imposuisset recurrendi ad superiorem nõ manere subditum amplius obligatum ad comparandum, cum tota illa obligatio proveniat ex eo quod inferior impognat hanc satisfactionem. Cõsequens autem non cõcedit, sed negat omnino P. Suarez Deinde redit in cõuenientia supra indicata, quod si tota illa obligatio comparandi proveniret ex præcepto Confessarii, qui imposuit illā pœnitentiā, posset pœnitens post absolutionem liberare se ab illo onere, vel per indulgentiā, vel iuxta aliquorū sententiā per cõmutationem pœnitentiæ in aliā, & ita fraudaretur intentu reservationis. Fateor itaq; quod posset superior præscribere inferiori, ut imponeret subdito in pœnitentiā recursu ad ipsum superiorem pro determinatione satisfactionis: sed tunc inferior Cõfessarius solus obligaret, & iudicaret; superior verò solum determinaret materiam, ad quā inferior obligauerat, atq; ideo nõ procederet ut iudex, sed ut determinans id ad quod iudex immediatus obligauerat: quod quidẽ licet possibile esset: nõ tamẽ sufficeret ad cõsequendū finem legis, cum posset postea pœnitens se liberare ab illo onere.

105. Si verò dicas illum actum superioris iudicantis postea, & determinantis pœnam esse actionem iudicis, & Sacramentalem, prout ipse Suarez indicare videtur *n. 30.* dicens illum actum esse quasi cõsummationem quandam Sacramentalis iudicii: tunc inquam obstat videtur id esse cõtra institutionem, & naturam huius Sacramenti, in quo non potest diuidi vlllo modo officium Ministri inter duos, quorum vnus absoluat à peccatis, & alter imponat pœnitentiā; sed debet esse idẽ omnino qui vtrūq; faciat vterq; enim est actus iudicis, ut iudex est, & est prolatio sententiæ, quæ duas habet partes, nempe absolute, & condemnare, seu obligare ad pœnam,

est autem inauditum, quod prolatio sententiæ, quoad illos duos actus diuidatur, ita ut alter Sacerdos absoluat, alter pœnitentiam imponat: Non potest ergo superior delegare potestatem ad absoluentem, & reservare sibi potestatem totaliter, vel ex parte ad imponendam pœnitentiam.

106. Quod rursus secundo probari potest, quia ille solus potest in hoc foro Sacramentali iudicare, & proferre sententiā, cui pœnitens Sacramentaliter confitetur sua peccata: sententia enim supponit accusationem, nec potest in hoc foro legitime iudicare, qui ex partis confessione non habet noticiam delicti: Confessio autem Sacramentalis non fit, nisi Sacerdoti inferiori, à quo absolutio habetur; nec postea confitetur Sacramentaliter pœnitens, quando comparat coram superiore, ut fatetur ipse Suarez *n. 30.* Non potest ergo superior proferre sententiā Sacramentalem, coram quo non est facta confessio, aut accusatio o Sacramentalis.

107. Vnde tertio arguere possumus, quia satisfactio Sacramentalis, cum sit pars Sacramenti, & habeat effectum aliquem ex opere operato, saltem quoad remissionem pœnæ temporalis supra condignitatem operis, necesse est, quod eleuetur per clauem Ecclesiæ à Ministro, qui illam satisfactionem Christi auctoritate imponit: hæc autem eleuatio fieri nõ potest à Ministro, nisi proferat formam Sacramenti. Materia enim Sacramenti non significat sui effectum nisi prout coniuncta cum forma; ergo Minister adhibens materiam: nõ significat infallibiliter effectum per solam positionem materię, sed per illā, & per prolationem formæ simul, per quam magis clare, & determinatè significat effectum Sacramentalem: nam Sacerdos effundens aquam in putrum, non significat gratiam baptismi per solam effusionem aquæ, sed per illam simul, & prolationem formæ: Sicut ergo non potest vnus minister effundere aquam, & alter proferre formam baptismi; sic non potest in Sacramento pœnitentiæ vnus minister adhibere materiam scilicet impositionem satisfactionis, & alter proferre formam, quia iam ille prior non significasset effectum Sacramentalem satisfactionis, atq; adeo non eleuasset satisfactionem ad illum effectum causandum, cum mentu fieri posset per solam positionem materię, alioquin posset Sacerdos imponere pœnitentiam Sacramentalem, quæ causeret suum effectum ex opere operato nõ dando absolutionem; quod nemo concederet. Ratio autem est, quia sicut non potest dari Sacramentum sine forma, ita nec vllus effectus Sacramenti: minister ergo, qui confert Sacramentum nomine Christi debet ipse proferre formam, per quam significet effectum quem confert: quod maxime locum habet in casu nostro; nam per impositionem satisfactionis duo fiunt, nempe condẽnare pœnitentem, & obligare ad talem pœnam; acceptare item pœnam pro grauiori pœna temporalis, quam debet; quorum primum quidem significatur clariùs per verba quibus imponitur pœnitentia: secundum verò non exprimitur per illa verba, quæ non videntur sonare remissionem, sed punitionem; & significatur autem clariùs per verba absolutionis, & formæ Sacramentalis, ut diximus supra *disp. 11. sect. 2.* oportet ergo, ut minister, qui confert effectum Sacramentalem correspondentem satisfactioni; proferat formam, quæ significet illum effectum, quem confert nomine Christi.

108. Quartò deniq; arguere possumus, quia si posset diuidi ministerium in hoc Sacramento, ita ut satisfactionem Sacramentaliter imponeret superior, & inferior solus absolueret, posset etiam ita diuidi ut inferior nullā prorsus pœnitentiā imponeret, sed id totum

totam referuaret sibi superior, qui solus totam poenitentiam imponeret. Consequens autem non concedit Suarez, sed fatetur absurdum n. 24. quia iam inferior non ministraret Sacramentum integrum. Sequela vero probatur, quia si superior non absolvens potest adhibere partem Sacramenti, & conferre remissionem poenae vnius anni, v.g. cur non poterit conferre remissionem poenae vnius biennij augendo poenitentiam? Rursus si non obstat integritati Sacramenti, quod Sacerdos inferior imponat solum partem satisfactionis, & reliquam relinquat superiori, qui eam sacramentaliter imponat, non repugnabit etiam idem integritati, quod relinquat superiori totam poenitentiam imponendam: Nam in primis Sacramentum ipsum æque integrum erit, si quidem impositio satisfactionis à superiore facta potest per te componere vnum, & idem Sacramentum cum absolutione inferioris: poterit ergo tota poenitentia à superiore imposita componere vnum integrum Sacramentum cum absolutione inferioris. Deinde non obstante integritate Sacramenti, potest inferior per te non imponere integram satisfactionem debitam, sed partem, quæ cum alia parte à superiore imponenda faciat Sacramentum integrum; ergo non debet inferior ex se constituere Sacramentum integrum; ergo poterit relinquere totam satisfactionem à superiore imponendam: vel si hoc non potest, debet ipse totam imponere, propter integritatem Sacramenti, quia si non imponitur tota, iam Sacramentum non erit integrum, quoad illam partem, sed parziale, & adhuc complendum per aliam partem sacramentalem ponendam à superiore. Fatendum ergo est, obligationem illam comparandi non esse ad hoc, ut Sacramentum compleatur per actionem sacramentalem, quam superior exerceret, imponens postea sacramentaliter satisfactionem; Nam eiusmodi actio spectat solum ad illum, qui sacramentaliter absoluit.

Restat nunc respondere ad exemplum, cui P. Suarez innitebatur, quod, scilicet, potest superior taxare poenitentiam, quam inferior debet imponere subito pro peccato referuato; ex quo apparet non dari iurisdictionem inferiori, tanquam iudici supremo; nam supremus Iudex non dependet ab alio superiori, cuius taxationem & iudicium debeat obsequare in poenitentia imponenda: poterit ergo dependere etiam consequenter, quatenus superior referuauit sibi vltimum iudicium in taxanda poenitentia. Ad hoc tamen ex dictis respondetur facile, esse magnum discrimen inter illa duo: nam in priori casu superior datur facultatem inferiori absolendi subditum à casu referuato, & præscribens poenitentiam, quam debet imponere, non exercet tunc actionem aliquam sacramentalem, sed solum dat iurisdictionem, & potestatem necessariam ad Sacramentum ministrandum, ipse tamen superior nullo modo ministrat totaliter, vel partialiter Sacramentum, neque ipse imponit poenitentiam, quod aperte constat in superiore, qui non est Sacerdos, atque adeo non potest conferre Sacramentum, nec imponere poenitentiam sacramentalem; hæc enim est actio propria Sacerdotis: & tamen potest dare inferiori facultatem absoluedi à referuatis, & præscribere poenitentiam imponendam, quia nimirum tunc non exercet munus aliquod ministri, sed dat iurisdictionem ministro. Potest autem eiusmodi iurisdictionem dare limitatam, v.g. ad absoluedum à duobus referuatis, & non à tribus. Sic ergo potest dare iurisdictionem inferiori ad imponendam talem poenitentiam pro tali peccato, & non

minorem: Nam sicut ad absoluedum requiritur iurisdictione, ita ad imponendam poenitentiam pro referuatis requiritur iurisdictione; & hanc potest limitare superior, dando potestatem imponendi talem poenitentiam, & non minorem; in quo nulum apparet inconueniens. At verò in nostro casu, si superior referuaret sibi vltimum iudicium circa poenitentiam, iam ipse imponeret immediatè, & proximè satisfactionem sacramentalem: quæ quidem impositio, cum sit actio sacramentalis non potest fieri nisi à ministro Sacramenti, & à Sacerdote. Vnde superior, qui non esset Sacerdos, licet possit dare iurisdictionem, & præscribere poenitentiam ab inferiori imponendam; non tamen posset ipse imponere poenitentiam sacramentalem, & eleuare illam ad effectum ex opere operato, cum hoc debeat procedere ex potestate ordinis, quam ipse non haberet. Fateor ergo, quod posset superior dare iurisdictionem inferiori, & præscribere, ut obligaret subditum ad implendam poenitentiam, quam superior illi postea designaret: quia tunc, ut supra dixi, superior non imponeret poenitentiam, sed solum inferior, qui re vera imposuit pro poenitentia totum id, quod postea superior designaret: Tunc autem, ut dixi, posset subditus postea non comparere, commutata sibi illa poenitentia in aliam iuxta aliquorum sententiam, vel in aliquam indulgentiam plenariam. Quod verò superior postea imponat de nouo propria auctoritate poenitentiam sacramentalem, hoc dicimus non coherere cum institutione huius Sacramenti, in quo vnicus debet esse minister, & index proferens sententiam integram absolutionis & punitionis.

Eodem modo solui potest aliud argumentum, quo vitur idem Suarez n. 24. quia sententia (inquit) confessarii quoad hanc partem non est immutabilis: ergo potest superior hanc mutabilitatem sibi referuare, ut suo iudicio confirmetur. Ad hoc, inquam, ex dictis respondetur, aliud esse obligare inferiorem ad mutandam, vel non mutandam poenitentiam semel impositam, (& hoc potuisset fortasse superior facere, quando dedit facultatem) aliud verò imponere poenitentiam, quam confessarius non imposuit; & hoc dicimus, non posse facere superiorem. Potuisset itaque superior dare inferiori iurisdictionem limitatam, v.g. ad imponendam poenitentiam, & augendam, vel mutandam illam postea pro arbitrio superioris, non tamen potuit referuare sibi munus imponendi immediatè poenitentiam; sed in eo casu posset solum arbitrari superior, & aduendus esset iterum confessarius inferior, ut iuxta debitum suum imponeret poenitentiam, quam arbitratu superioris. Adde, si confessarius absolute imposuit talem poenitentiam determinatam, non posse post absolutionem augere illam inuito poenitente, ut dicimus infra disp. 25. sect. 6. nisi forte quando prius confessarius referuasset sibi facultatem augendi poenitentiam postea. Denique restat semper difficultas sæpè repetita, quod poenitens posset postea liberare se ab illo onere comparandi à confessario imposito per aliquam indulgentiam, & fraudaretur intentum reformationis.

Quod verò spectat ad illud tertium munus curandi poenitentem in futurum; quod dicit Suarez potuisse superiorem sibi referuare, & hac ratione obligare subditum ad cõparendum pro accipienda debita curatione, quæ sibi superior referuauit. Hoc, inquam, non videtur firmum adminiculum: quia confessarius præcisè ut medicus, non potest obligare poenitentem, ut infra videbimus. Potest quidem,

& debet ostendere ipsi obligationem suam vitæ talem occasionem proximam, restituendi, vel aliquid aliud faciendi. Potest etiam, & debet imponere in pœnitentiam ea quæ credantur fore vitæ ad remedium, & medicinam, & hoc pacto obligare poterit ad medicinam adhibendam, quatenus eam simul imponit pro satisfactione Sacramentali. Ceterum præcisa potestate imponendi pœnitentiam, non apparet, quomodo præcise ut medicus possit obligare præcepto suo ad aliquid faciendum, ad quod alias pœnitens non teneretur. Hoc ergo supposito, de quo dicemus infra *disp. 25.* consequens est, si superior non potest reservare sibi potestatem imponendi pœnitentiam, ut probatum est, non posse etiam reservare sibi potestatem adhibendi medicinam, ita ut propter eam rationem subditus maneat obligatus ex vi Sacramenti ad comparandum coram superiore, ut recipiat curationem debitam ad complementum totale Sacramenti suscepti.

115.
*Interventum
pactum cum
pœnitentia.*

Facilius ergo ad casum, & praxim illam Religiosorum Respondetur, id non fieri abque consensu tacito pœnitentis; datur enim illa facultas à Prælo cum quodam quasi pacto, quo pœnitens vitando illa facultate se obligat ad comparandum coram superiore, quod pactum fieri potest, ut tandem fateatur *Vatq. dicto dub. 6. n. 13.* & cui obligatio non satisfacta, si postea non manifestet superiori illud peccatum reservatum. Quo tandem modo intelligi debere in nostra societate facultatem obtinendi absolutionem à reservatis in itinere, si quando casus occurrat, declaravit R. P. Mutius Vitellæus Generalis Præpositus anno 1617. litteris ad societatem datis, quibus edixit primò, non esse societatis mentem eam facultatem dare, quando subditus ex industria eo ipso sine facit iter, vel alias iter facturus ex industria confessionem differt, ut possit in ipso itinere absolvi: Secundò, non posse etiam in itinere adiri externos, cum adsunt proprii. Tertio obligationem illam esse conditionem, sine qua nullo modo societas concedit facultatem; ideoque qui non habet animum acceptandi, vel implendi, non posse uti facultate illa; & in visu eius facultatis tacite contineri acceptationem conditionis, qua subdit in re tanti momenti, atque ad bonum societatis maxime conducentis illi se obliget. Hæc ibi: ex quibus verbis aperte colligitur, ita exigi acceptationem illius obligationis ad valorem absolutionis; ut si subditus acceptare nollit, re vera non detur facultas absolvendi. Vnde apparet, non bene concessisse P. Suar. *dict. sect. 5. n. 19.* si pœnitens bona fide existimaret, se non teneri ad acceptandam illam obligationem comparandi & ideo fingeret se illam acceptare ad extorquendam absolutionem, cum tamen interim non acceptaret; tunc, inquam, absolutionem fore validam, quia facultas datur dependenter ab illa acceptatione. Hoc tamen aperte opponitur verbis supra adductis, quibus societas declarat, se non dare facultatem illam nolenti acceptare talem obligationem. Est autem illa obligatio gravis, ut constat ex eisdem verbis, quia materia non est levis, sed gravissima, ut bene probat idem Suarez *n. 11.* quia non ordinatur ad meram notitiam Prælo dandam, sed ad correctionem subditi, ad disciplinæ religiose conservationem, ad continendos subditos, & ad fines omnes, qui in reservatione graviorum delictorum intenduntur. Denique constat, illam obligationem non extorqueri à subdito iniuste, & per violentiam: Prælo enim utitur in re suo nec tenetur dare facultatem confessorio absolvendi à reservatis, nec obligat subditum ad acceptandam facultatem sub eo onere, sed offert facultatem, ut vel respuat, vel libere eam sub tali

116.

117.

onere acceptet, ut fatetur idem Suar. *n. 12.* Obiicit aliquis primò, quia ex hoc sequeretur subditum, qui ignorat pactum, vel onus illud, & bona fide confitetur, & absolutus in itinere, vel non esse absolutum, si facultas non datur, nisi acceptationem ignorans non potuit acceptare, vel certe absolvi validè, & nullam obligationem contrahere, quia si hæc erat solum ex pacto, non potuit obligari absque illa prorsus voluntate obligandi.

Respondetur, in prædicto casu absolutionem esse validam, & subditum manere obligatum ad comparandum, quia per ipsam confessionem, & petitionem absolutionis contrahit obligationem propter pactum implicitum ibi contentum, quod indicant verba supra adducta, dum dicitur, *in visu eius facultatis tacite contineri acceptationem conditionis.* Ratio autem esse potest, quia qui habet voluntatem efficacem alicuius actionis validè exercendæ, vel suscipiendæ, eo ipso habet implicitè voluntatem eorum, quæ ad prædictum actum validè exercendū requiruntur. Hinc est, hominem baptizatum validè efficaciter contrahere matrimonium verum, & validum, licet nesciat illud esse Sacramentum, adhuc habere voluntatem implicitam recipiendi, & ministrandi Sacramentum, quia vult facere id totum, quod requiritur ad contrahendum validè, & incidunt verum matrimonium. Hinc etiam est eum, qui vult verum, & validum matrimonium efficaciter celebrare, licet nesciat illud asserere secum indissolubilitatem perpetuam, imò licet ex primo errore putet esse dissolubile, adhuc contraheret matrimonium indissolubile propter voluntatem universalem, & efficacem, quam habuit contrahendi verum, & validum matrimonium. Hinc etiam est, quod ille, qui recipit ordinem sacrum, licet nesciat votum castitatis, quod Ecclesia Latina vult ordinis sacro annexum esse, adhuc maneat ligatus voto implicito in illo actu contento propter voluntatem efficacem, quam habuit faciendi actum illum, & suscipiendi onera illi statim annexa, ut cum aliis docet Thomas Sanchez *lib. 7. de matrimonio disp. 27. num. 11.* & quidquid sit de voto castitatis, igit nesciente illud esse annexum ordini sacro, in nostro tamen casu maior ratio est id asserendi: quia ordo sacer, etsi non licet, validè tamen suscipi potest absque voto castitatis, nec valor ordinis pendet à voto castitatis, atque ideo potest esse voluntas validè suscipiendi ordinem cum voluntate non venendi castitatem: At verò in casu nostro valor absolutionis pendet à voluntate acceptandi obligationem comparandi, quia Prælo non aliter vult dare facultatem absolvendi à reservatis: Ergo eo ipso, quod subditus vult recipere Sacramentum validè, & subditi confessorio, vult implicitè, & tacite subditi cum iis omnibus oneribus, sine quibus actu ille non subsistit, nec validè subditus ad absolutionem obtinendam. Fateor, si ipse positivè nollit subire talem obligationem, & ita nollit, ut efficacius nollit talem obligationem, quam vellent valorem absolutionis, tunc, inquam, nec actus valeret, nec maneret obligatus ex pacto, sed ex priori obligatione, quam prius habebat confitendi peccata reservata suo superiori. Ceterum quando subditus ignorat obligationem illam, & vult absolutionem validam voluntate efficaci, eo ipso vult implicitè talem obligationem, quæ hic, & nunc necessaria est ad valorem Sacramenti. Exemplum optimum esse potest in eo, qui ignorat pœnitentem obligari ad implendam pœnitentiam sibi à Confessorio impositam, hic enim, non obstante illa ignorantia, eo ipso, quod

quod vult recipere Sacramentum, & absolutionem validam, vult etiam implicitè subire illud onus, & obligationem, quia vult omnino subdi Sacerdoti, in qua subiectione continetur potestas obligandi ad satisfactionem, quod totum penitens confusè vult per illam voluntatem suscipiendi Sacramentum, licet ipse ignoret talem obligationem, imò licet, si eam scilicet, nollet se exponere illi obligationi, nec recipere Sacramentum cum tanto onere: Nam quidquid sit de eo, quod tunc vellet, nunc tamen verè vult subdi Sacerdoti, & facere hanc actionem validam. Sic ergo in casu nostro penitens ignorans obligationem, quam subit comparandi coram superiore, vult tamen subdi huic Sacerdoti in hoc foro, quæ subiectio affert secum necessariò illam obligationem, sine qua non esset valida, quod sufficit, vt tacitè, & implicitè velit talem obligationem.

112. Secundò obicitur ex Suar. n. 20. quia quando in casu necessitatis aliquis absoluitur à reſeruatſis Papæ cum onere comparandi poſtea, cum poterit, iuxta formam præſcriptam in c. *Eos, qui de ſententia excommunicationis in 6.* illa obligatio comparandi non oritur ex pacto, aut ex voluntate penitentis, ſed ex voluntate Pontificis concedentis facultatem, & iuriſdictionem cum illa limitatione, & reſervando ſibi ultimum iudicium, quoad ſatisfactionem imponendam: Idem ergo dici debet, quando ea obligatio oritur ex voluntate alterius ſuperioris, in hoc enim eadem videtur eſſe ratio omnium ſuperiorum.

113. Reſpondetur, casus Pontificis poſſe eſſe vel abſque cenſura aliqua, vel cum cenſura annexa, provt communiter illam habere ſolent. Et quidem, ſi habent cenſuram, facile intelligitur, quomodo poſſit penitens abſque illo pacto explicito manere obligatus ad comparandum: quia nimirum potuit ex voluntate Pontificis cenſura auferri, non abſolutè, ſed ad tempus, ita vt poſtea rediret, non poſita tali, vel tali conditione: quia cum cenſura tota ſit ex iure humano, & voluntate Pontificis, poſteſt eadem voluntate auferri, ſub qualibet conditione, & limitatione. Præſatus autem religionis non poſteſt hoc modo obligare ſubditum, quia non poſteſt dare facultatem abſolvendi ſub conditione, vel ad tempus; atque ideo neceſſe eſt, vt obligatio comparandi proveniat etiam ex voluntate ipſius ſubditi.

114. Si verò ſermo ſit de peccatis Pontifici reſeruatſis abſque cenſura, hæc quidem, vel nulla ſunt, vel ſi aliquod ſit, aut vnquam fuerit, rursus diſtinguendum eſt: nam vel facultas ab illo abſolvendi datur pro mortis articulo, vel pro aliis temporibus: Si datur pro mortis articulo, ipſe P. Suar. *diſc. ſect. 1. m. 32.* in vniverſum docet peccatorum abſque cenſura reſeruatorum abſolutionem pro mortis articulo non poſſe, nec debere concedi cum illo onere comparandi; quia cum in eo caſu conſeſſio ſit ſimpliciter neceſſaria, cogeretur, & obligaretur ſubditus ad dicenda bis ſua peccata, quæ neceſſitas non videtur eſſe iuxta inſtitutionem huius Sacramenti. In illo ergo articulo ſubditus abſolutus à peccatis Pontifici reſeruatſis abſque cenſura, non haberet obligationem comparandi, neque ex pacto, neque aliunde, iuxta ſententiam ipſius Suarez. Et quidem textus in illo c. *Eos, qui*, loquitur ſolum de eo, qui abſolvitur à cenſura, vel ſententia Eccleſiaſtica in quam vult Pontifex, vt reincidentat, niſi data poſteſtate compareat. Denique ſi ſermo ſit de ſubdito abſoluto à peccato Pontifici reſeruatſis, nō quidem in mortis articulo, ſed in alia neceſſitate, quādo legitimū impedimentū habebat ad eundem Pontificem, facile reſpondebimus, ſi inveniatur pec-

catum aliquod abſque cenſura reſeruatſis Pontifici, & facultas conceſſa ad abſolvendum ab illo in caſu neceſſitatis extra mortis articulum, cum onere comparandi poſtea, (quæ quidem difficile de facto inveniuntur) interpretandum id etiam eſſe iuxta doctrinam ſuprà poſitam, vt penitens debeat explicitè, vel implicitè acceptare conditionem illam, & obligationem comparandi, quam ſi non acceptet, non poterit vti facultate cum eo onere conceſſa. Cum enim Pontifex eo caſu vellet penitentem omnino obligare ad comparandum, & ſecluſa non eſſet alia via efficaciter obligandi, niſi interveniente aliqua, voluntate ſubditi volentis ſibi imponere talem obligationem; totum hoc cenſeretur velle Pontifex tunc, ſicut Prælati Religioſi profeſſi ſunt, ſe id velle, & intendere, quando concedunt facultatem abſolutionis obtinendæ in iis caſibus cum onere comparandi.

115. Tertiò obicitur, quia ſi penitens bona fide cōfiteatur, ignorans illam obligationem comparandi, & ante abſolutionem admonetur à confeſſario de illo onere: tunc, inquam, poterit penitens recuſare illam obligationem, & tamen petere abſolutionem, ad quam iam acquiſiuit ius per conſeſſionem factam, ne cogatur bis eadem peccata conſiteri; nam ſi in prædicto caſu negaretur illi abſolutio, iam cogeretur abſolutè bis conſiteri eadem peccata, neque eſſet in poſteſtate penitentis illud gravamen effugere. Fatendum eſt ergo eam obligationem non provenire ex acceptatione penitentis, ſed ex iuriſdictionis limitatione, provt volebat Suarez.

116. Hoc tamen argumentum, quòd magnum negotium faceſſit Suar. n. 17. & 19. ex ſupradictis facile ſolui poſteſt. Negamus itaque penitentem ex conſeſſione bona fide facta, acquiſiſſe ius ad abſolutionem obtinendam recuſato onere comparandi. Quis enim dedit illi tale ius? Non quidem inferior Confeſſarius: qui cum non habeat poſteſtatem delegatam abſolvendi, niſi acceptantem illud onus, non poſuit ſe obligare ad dandam aliter abſolutionem; hoc enim eſſet obligare ſe ad impoſſibile. Sine ergo peccaverit, vel non peccaverit, non aperiendo penitenti ab initio illam obligationem, ne fruſtrà diceret ſua peccata; poſtea tamen non obligatur ad abſolutionem dandam contra voluntatem ſuperioris; ſed neque ſuperior dedit tale ius penitenti. Cui enim obligetur ſuperior ad dandam facultatem ex eo, quòd ſubditus imprudenter, vel ignoranter conſeſſus eſt ſua peccata non habentem facultatem abſolutam, ſed limitatam abſolvendi? Alioquin quoties ſubditus bona fide conſeſſus eſſet peccata reſeruatſa inferiori, deberet etiam ſuperior dare facultatem abſolutionis obtinendæ ab inferiori, licet poſſet ipſe ſuperior, qui Episcopuſ eſt, facile adiri, ne ſcilicet cogatur ſubditus eadem peccata bis cōfiteri. Debet igitur ſubditus ſibi imputare neceſſitatem, quam ſubit bis aperiendi idem peccatum, eò quòd ignoranter conſeſſus illud fuerit, cui non debebat illud in rigore conſiteri; nec ſuperior inducit illum in eam neceſſitatem, ſed ignorantia propria fuit cauſa potiffima illius neceſſitatis ſubvenndæ: ſicut ſi bona fide conſeſſus fuiſſet laico, non ideo excuſaretur ab eiſdem peccatis iterum conſitendis.

117. Manet ergo ex hiſ omnibus non poſſe præcipi duplicem cōfeſſionem eorundem peccatorum pro tota Eccleſia, neque in prædicto caſu præcipi; ſed penitentem ipſum ob ſuam commoditatem acceptare propria voluntate, & ſponte ſua imponere ſibi illud onus. Quando verò tranſacto periculo, aut neceſſitate, ille, qui abſolutus fuit à Cenſuris Papæ reſeruatſis, obligatur ad comparandum non obligatur,

ut iterum sacramentaliter confiteatur: sed solum ut se præsentet ad recipiendam pœnitentiam, vel satisfaciendum Sedi Apostolicæ, quod mandatum iustum est, & eius transgressio puniatur secunda excommunicatione. Quod quidem facilius potuit præcipi in absolutione ab excommunicatione, ut dixi, quam in absolutione à peccatis: cum enim excommunicatio sit censura imposita ab Ecclesiâ, potest auferri ab Ecclesiâ hoc, vel illo modo, cum hac, vel illa limitatione: peccata autem tolluntur per potestatem à Christo datam Sacerdoti, atque adeo lata semel absolutione directâ in subditum, tolluntur omnino absque limitatione, aut conditione vlla.

S. 4. An sit præceptum humanum confitendi venialia.

129.
An Ecclesiâ
possit præci-
pere confessio-
nem venia-
lium.

D Vbitari potest quartò, An possit ab Ecclesiâ præcipi confessio peccatorum venialium? Aliqui negant; Palud. Syluester, & Sotus apud Suar. disp. 22. sect. 8. n. 2. quibus fauet Nauarrus in summa. c. 2. n. 9. Alij communiter affirmant; S. Th. Alensis, Bonavent. apud Suarez ibi, qui eandem sententiam amplectitur. Valquez etiam q. 90. art. 2. dub. 2. & 3. Coninch. disp. 5. n. 53. & alij quorum plures explicant de obligatione confitendi omnia: hoc enim esset nimis durum, & moraliter impossibile. sed aliqua, cum qua limitatione probabile videretur id non excedere potestatem Ecclesiæ. Nam licet confiteri omnia mortalia, si non esset præceptum à Christo, vel confiteri omnia occulta, esset graue onus excedens Ecclesiæ potestatem; confiteri tamen aliqua, hæc, vel illa, non videtur graue onus, & aliunde compensatur utilitate Sacramenti afferentis gratiam ex opere operato.

130.

Vnde infero non solum posse Ecclesiâ confessionem venialium præcipere indirectè, quatenus præciperet vniuersaliter confessionem annuam, & consequenter ille, qui solum habet venialia, teneretur ex hoc præcepto confiteri venialia; sed etiâ directè, quod immeritò negat Coninch. vbi supra. Nam si propter aliquid non posset, id esset propter rei difficultatem; hæc autem eadem est, quando præciperetur indirectè, neque est magna difficultas, ut dixi, confiteri aliqua, hæc, vel illa. Cur ergo non poterit etiâ directè præcipi? Dices, quia id parû esset vtile; quid enim refert confiteri aliquod veniale, si potest homo alia non confiteri, & eligere, quod voluerit ad implendum illud præceptum? Sed contra, quia hoc ad summum probaret non posse id sub peccato mortali præcipi, quia non esset res magni momenti, & utilitatis. Deinde fortasse non parum, sed multum conducit ad profectum spirituale habere curam, & propositum efficax extirpandi aliquod peccatum veniale, in quod homo solet cadere, quod experientia ostendit in iis, qui frequenter peccata venialia confitentur. Nam licet non confiteantur omnia, sed aliqua, quæ ipsi volunt: hoc tamen ipsum magnum frænum est, & remedium ad corrigendos defectus ordinarios, & peccata leuia.

131.
An de facto
sit tale præ-
ceptum.

An verò de facto sit tale præceptum confitendi aliquando venialia? Multi affirmant, primò propter confessionem annuam; qui enim non habet mortale, cogitur confiteri venialia, ut impleat præceptum annuæ confessionis. Ita Alex. Richard. & Bonavent. apud Valq. q. 90. art. 2. dub. 2. & quidem in praxi positum est, ut omnes confiteantur, vel excommunicentur, tanquam transgressores præcepti Ecclesiastici.

132.

Verior tamen sententia negat, teneri ex præ-

cepto ad confessionem eos, qui sola habent peccata venialia. Hæc est communis Theologorum, quos referunt, & sequuntur Valquez, vbi supra, & Suarez disp. 36. sect. 2. n. 7. Probatur primò, quia præceptum Ecclesiæ in illo cap. omni, est de confitendis omnibus peccatis semel in anno, ergo, solum loquitur de omnibus mortalibus; certum enim est, non esse præceptum de confitendis omnibus venialibus. Secundo, quia Ecclesiâ non præcipitur rem non debitam ex Christi præcepto, sed solum, quod confessio iam præcepta impleatur saltem semel in anno, ut docet Tridentinum sess. 14. c. 1. in fine: ergo solum præcipitur confessionem mortalium; hæc enim sola erat præcepta à Christo.

Fatemur, de facto omnes confiteri, quia apud fideles mirum esset, si inueniatur aliquis, qui inter homines vitam degat, & nec confiteatur per totum annum, nec peccet mortaliter; qui enim absque peccato mortali peragunt annum, solent frequentissimè alia minora peccata confiteri. Vnde qui non confitetur, præsumitur non id facere propter defectum, sed propter excessum materiae. Si quis autem esset absque peccato mortali, non teneretur per se loquendo ex vi præcepti ad confessionem annuam; teneretur tamen communiter propter scandalum ire ad Parochum, & reddere rationem suæ conscientie, ut ostenderet, cur non implet præceptum annuæ confessionis.

Alij secundò dicunt, dari de facto præceptum confitendi venialia saltem respectu aliquorum, quales sunt Monachi Sancti Benedicti, quibus in Clem. 1. de statu Monachorum, præcipitur mensura confessio: hi enim, si mortalia non haberent, tenerentur confiteri venialia, ut impleant illud præceptum. De hoc præcepto variæ sunt sententiæ, de quibus Suar. disp. 36. sect. 1. n. 7. Aliqui dicunt, illud intelligi, sicut præceptum vniuersale annuæ confessionis, nempe, si qui habet materiam necessariam peccati grauis, confiteatur semel in mensi. Alij dicunt, illam quidem esse regulam, qualem habent etiam alij religiosi confitendi semel in hebdomada, non tamen esse præceptum sub peccato mortali. Alij denique dicunt, obligare quidem sub peccato mortali; nec mirum, quod per accidens aliquando obliget ad confessionem venialis hoc enim, ut diximus, non excedit potestatem Ecclesiæ, cum non sit graue onus, quod aliquis confiteatur aliquod peccatum veniale, quod ipse voluerit, quando non habet mortale: præsertim cum posset, si vellet, confiteri solum aliquod mortale, quod iam sæpe confessus sit, vel aliquod etiam veniale antiquum, de quo iam sæpe doluit, & facilius dolet. Quodlibet enim ex his sufficeret ad implendum hoc præceptum (si quod est) confessionis mensuræ. Et quidem quælibet harum responsionum ad præsentem difficultatem videtur probabilis.

S. 5. Per quam confessionem satisfiat præcepto Ecclesiastico.

D Vbitatur quintò, qualis confessio sufficiat ad satisfaciendum huic præcepto Ecclesiastico? Aliqui volunt, satisfieri per quamcumque confessionem; ficto etiam animo factam, absque dolore villo, & absolutione non sequuta: quam sententiam refert, & reicit Valquez q. 92. art. 3. dub. 5. & Suarez disp. 36. sect. 7. num. 1. Alij per confessionem saltem validam ex defectu doloris, quos refert Diana tom. 2. tract. 4. resol. 120. Alij dicunt, satisfieri per confessionem internam quæ sit verum Sacramentum validum,